1385

# IVRIDICAS

# PHARETRAS

DVCVNT IN PRÆLIA MVSÆ.

Occeanum reſerare, polum aút Deus ille potentem
Juridicum, properám què jubet túm invadere fluctus.

# PONTIFICVM DECRETA

MODO PRIMÆVA SOLUTIM

Enucleanda ſinunt dictis parere Tonantis.
Jám properat bellum; gladios parat indé minaces
*Regula contractus quinta octogena libellô*
*In Canonum ſextô juris. Caput atquè coruſcans*
*Finale in titulô; quali Donatio tantúm*
*Scribitur, & princeps caput indé, ſolutio, cujus*
*In titulô conſcripta fuit.* Veruntamén enſes,
Haſta què dura potens ferrum haúd quaſſare valebunt,
Loricans clypeanté rubrus Ducê nanqué ſupremô
Alcimachô certare valens feſtino paratus.
Audiat è contrá pugnans Ducem, & ille paveſcat

Teliferũ, ANDREÃ dictũ BERNARDES AYRES,

Et properare modó veniam à Ductorê rogantum
Muſarum choreas, humeris portare ſagittas,
Vt liceat proprijs, gladios producere tandém,
Et Pharetras in caſtra: locum mihi ſæpé tremendum!

Tela gerens, haſtam què vibrans, atquè arma capeſſens

Núnc FRANCISCVS adeſt BARROZO, & prolê FARIA
Nonâ & in horâ, Maij ſeptém in lucê dierum.

FORTIUS EN TELVM DUPLICI MVCRONE CORVSCANS:

*Obligat èx ſè juridicé conventa duorum*
*Pactio, dat quotiés alij quidque alter agentum.*

# CASTALIDVM FAMOSA-
# -DVCI-
## -OFFERT ILLA POESIM
## MUSARUM, -
-Quâ tela rogant in caſtra ferenda.

CLIO
Tu veniam concede, rogo, Fortiſſime Ductor,
VRANIA
Vt Pharetras nobis tollere núnc liceat.
POLYHIMNIA
Jám, fateor, pèr caſtra juvat portare ſagittas;
TERPHSICORE
Siſyphus én lachrimat, nám famulare librat.
MELPOMENE
Triſtat,, & oblectat duplici rationê juberi,
EVTERPE
Mæret is impulſus, gaudet át ipſe volens.
ERATO
Nám,modó lætamur, volumus ſervire libentér;
THALIA
Gignit honor riſus, accipimus què decus.
CALLIOPE
Millé triumphales portabis frontê coronas,
VNAQUÆQUE
Mars te namq Ducé, id mê cupientê, pavet.

EN

E NCLIO OFFICIOSA PARAT CONDVCERE

PRIMAM NUNC PHARETRAM,

ATQUE DEIN CONTRACTVS IPSA LIBENTER

Definit, certos què incertos dividit omnes.

Contractus omnis *pactio dicitur*
*Pèr ſe duorum juridicé obligans,*
*Quid alter alteri út ſtatim det.*
Nón dubito rationê quali
Proferre, ſempér naſcitur actio
Ex rê obligatum (ſcilicét Orphanum)
Directa contrà omnem puellum;
Vtilis indé tamén vocatur
Adverſús ipſum, qui locuplectior
Negotiando, pèr celebrem hoc Pij
Deciſionem. Dividuntur
Veró negotia nominata
A innominatis. Emptio cætera
Negotia èx vi nominis abjugat.
Hæc quæſtio primam, aút ſagitta
Teliferam Pharetram exinanit.

VRANIAM PROPERARE JUVAT PORTARE –

– SECVNDAM ✠ NUNC PHARETRAM, –

– QVOQVE QVID SIT PERMVTARE DOCEBIT.

Permutatio nominatus haúd eſt
Contractus. Placitum negotiandi
(Munitum ſtipulationê quamvis)
Permutari equidém nequit vocari;
Permutandi erit ergo tale pactum.
Primus, ſufficit, exhibendo quidquid,
Contractus celebris vocetur út ſic.
Nón diſtinguitur hoc negotiumquè
A do, út des. Properám rogantibus dic,
Quód túnc ſolvitur èx eô gabella,
Quandó certiús exhibent utroquè.
Permutandó quidém Emphyteuticata,
Amiſit què ea ſempér Emphyteuta.
Quanvis tradat is Emphyteuſim agenti,
Commiſſô attamén èx eô levatur,
Antè, illud repetens, favorê, litem.

FERRE

FERRE MODO LIBEAT, ROGITO, POLYHIMNIA, -

- TRIPLAM ✠ NUNC PHARETRAM, -

- EXPLANANDA QUIDEM ET TRANSACTA MICABUNT.

Tranſactio, licét pœnitentiam neget,
Contractus eſt innominatus. Quæritur,
Scilicét, vtrúm quiſquis agere queat in alium
Negotiantem, pactio (èx illâ quidém)
Si interfuit ſuprà actionem, certiús
Perimenda quæ pactô haúd erat eôdem tamén?
Nullitér is actor actionê vſurus eſt;
Secús tamén erit, ſi pèr actum nudum obit
Illa actio tranſacta. Quodquè ſic erit,
Quandó reum dè omni actionê ſolverit
Stipulationem pèr, èt, Aquileanam, tamén
Acceptilationê cùm ſequutâ. At is
Actor nequit reum obligare Mutij
Pèr cautionem, vél modalem. Si reus
Rem litigationis actori intulit,
Vt actor illi aliquid det, actionem habet,
Habiturus haúd, ſi res maneat ipſum ſe apùd.



TERPH-

TERPHSICORE LÆTATA VENIT PERCINGERE

QUARTAM NUNC PHARETRAM,

ET CUNCTIS DONARI PROPALET ILLA.

Donari, dubitant, jurê noviſſimô
An contractus erit? Quod fateor quidém;
Et certum voco, ſit qualitér editus.
Is donare ſolet, cætera qui poteſt,
Si nón ſit ratio, quæque negotia,
Diverſum rogitans, contrahere, aſſero.
Dè caſtrenſibûs, aút dè quaſi filius
Qui donare poteſt, is minimé tamén
Dè pleriſque poteſt; ipſe etiám niſi
Vſumfructum habeat. Quæſtio nobilis
Jám jám núnc properat, qui, án, prior exhibet
In contractibûs his, quos aliqui vocant
Incertos, poterit poſcere traditum,
Contractus quotiés dicitur irritus,
Quin ſit culpa alij? Quis dubitat? Poteſt.

MELPO-

57

MELPOMENE DVBITARE NEGAT PRODUCERE –

– QUINTAM ✠ NUNC PHARETRAM, –

– DOTEM QUE SIMVL DEPROMERE GAVDET.

Fulget nominê propriô
Contractus duplices habens
Reſpectus, quiá, ſcilicét,
Vt dos obliget hæc virum,
Conſenſus ( rogo ) ſufficit?
Sát nón eſt, ſéd eritquè res.
E contrá mulier tamén.
Sponſum dè dubiâ patrem
Dotê, & nón alium obligat.
Acceptumquè ferendo ea,
Dotem ut, fæmina, præbeat
[ Nullô conjugiô tamén]
Vt dotem repetat, duplex
Illi pertinet actio,
Ob cauſam velút, illaquè
Princeps actio debiti.

EVTERPE JAM AD CASTRA VOLAT DISCINGERE

SEXTAM ✠ NUNC PHARETRAM,

EMPHY QVE TEVSIM EXPONIT, TUM QVE PRECARI.

Eſſe contractum modó nominatum
Emphyteuſim, èx quô ſequitur vocari
Sicquè vectigal, nihiló faceſſens,
Nemo negabit.
Nám phyſis tantúm dirimebat hoſce
Anté Zenonem, tamén, accidentér,
Vnus idcircó, fateor, vocatus,
Indéquè certus.
Vndé ſcintillat quoqué, nominatâ
Iſte fulgeſcat quód & actionê;
Quippé contractus què precarium haud eſt,
Nón itá ſané.
Actio in factum haúd quoquè regularis,
Tantúm is, adjectâ ſtipulationê,
Namquè contractus ſolet advocari,
Competit iſti.

NON ERATO QVE NEGES, PORTANDI —

-SEPTIMĀ, HONORĒ, ✠ NUNC PHARETRĀ,-

— DUPLICI ET CONTRACTVS DIVIDE PLECTRO.

Rê, & conſenſû, grammatê verbis
Qui contractus celebrabuntur
Solúm itá recté, fateor, veri.
Triplicem quanvis vinculum habemus,
Scilicét, illud phyſicum tantúm,
Atquè meré illud juridicum, atquè
Aliud mixtum; dicitur iſtud
Solúm juris vinculum. Et indé
Adverte, loquor, nón numeratæ
Exceptio quód què pecuniæ ea
Mutuo inhærens efficere poteſt,
Ille probet qui út chirographum habet:
In dotê etiám contigit idem.
Stricti juris, fidei què bonæ
Sunt contractus; ratio; obligat hæc
Vltró què citró; haúd ſtrictum jus itá.

MORE

-LLIA.

MORE THALIA RATO CELEBREM, BIS, PROVEHE, -

- QUARTAM ✠ NUNC PHARETRAM, -

- ET REVOCARE DOCE DONATA LIBENTER.

Donatio ſimplex ſolet pèr ingratam
Remunerationem àb hôc reclamari,
Donaſſe quem loquitur. Poteſt ſator natum
Suâ in poteſtatê abdicare digeſti
Temporê, ratio quin micet; erit ſecús veró
Hodié. Quatuór ingratitudinis tantúm
Cauſas fatemur, quas rogantibus promam.
Nám quinta cauſa dicitur meré, quandó
Implere donatarius itá detrectat
Appoſitiones in negotiô quaſque,
Contractus út meritó tenet reclamari.
Igitúr què nón cúm ingratitudinis cauſa
Poſſit vocari hoc, quinta nón erit cauſa.
Proptèr alias cauſas negamus ingratam
Proptèr remunerationem eam poſſe
Donationem deſtrui, aút reclamari.

CALLIO-

CALLIOPE, ET REGINA SOROR, GERIT ILLAQVE –

– NONAM ✠ NUNC PHARETRAM, –

– FULGET QUE, MICAT QVE SOLUTIO TANDEM.

Adeptionibûs ſolent merè viri
Beneficiorum ſolvere
Neceſſitatê, debita, illius ſacræ
Quæ, eccleſiæ, contracta ſunt:
Tenentur attamén què debita haúd ij
Solvere reliqua. Succeſſor et,
Eô modô ſuprá tenetur, in bonis
Duntaxát hærentibûs ijs
Priús qui, ei, orbê, filio, fruiſcitur.
Prælatus in beneficiô
Adeptô &, aſſero, ſubindé dicitur
Succeſſor haúd generalis hic.
Rogabis án dehinc, novus tenebitur
Prælatus actionê, quâ
Erat tenendus ille, qui â locô exijt?
Is nullitér tenendus eſt.

---

CONIMBRICÆ, *Bene Sup. Placitô.*

Apud IOSEPHVM FERREYRA Vniuerſit. Typograph. Anno 1688.